

46

Et ambulantes venerunt ad ultimam siluam
indie et castrametatus est ibi iuxta fluvium bu-
ma. Circa vero undecimam horam ceperunt de illis
siluis multitudo elephantorum venire super eos et
stati alexander ascendit in caballum suum bucephalus
et cepit ire contra eos et precepit macedonibus
ut ascenderent super equos suos et ducerent secum
porcos. euntes super elephantas. factumque est vide-
tes autem eos elephantas ceperunt tendere primas
fides suas ut caperent eos. Macedones vero vide-
tes eos timore perterriti nullomodo ibant super eos.
Quibus alexander dixit. viri comitones fortis-
simi nolite turbari quia possumus hos elephantes
vincere si non cessant stridere ipsi porci. factumque
est elephantas vero audientes stridorem porcorum
et sonitum buccinarum stuprati fugere ceperunt.
Alexander vero et milites eius persequabantur
eos cum venabulis et ensibus subernabant eis.
Et multos ex eis occidentes occulerunt dentes eo-
rum et reuersi sunt ad castra. ¶ De mulieribus bar-
Alio namque die amoto exercitu ce-
pit ire per ipsas silvas indie et inuenit
mulieres ibi habentes barbas usque ad
mamillas et caput planum pellibus indutas quas
insequentes apprehenderunt ex eis aliquantas.
Quas cum vidisset alexander iussit illas inter-
rogari idica lingua quomodo viverent in siluis